

ut hæc vocent in dubium. Manifesta ἀπόδεξις est,  
cum non iustificemur coram Deo ex lege, sed ex pro  
missione, q̄ necessitatem fidei tribuere iustificationem.  
Quid potest contra hanc ἀπόδεξιν opponi, nisi to-  
tum Euangeliū, totum Christum abolere quis vo-  
let. Gloria Christi fit illustrior, cum docemus eō ut  
mediatore, ac propiciatore. Piæ conscientiæ vident  
in hac doctrina uberrimam consolationem sibi pro-  
poni, q̄ videlicet credere ac certo statuere debent, q̄  
propter Christum habeant placatum patrem, non  
propter nostras iusticias, & q̄ Christus adiuuet tamē  
ut facere etiam legem possimus. Hæc tanta bona eri-  
piunt Ecclesiæ aduersarij nostri, cum damnant, cum  
delere conantur doctrinam de Iustitia fidei. Vide-  
rint igitur omnes bonæ mentes, ne consentiant im-  
p̄is consilijs aduersariorum, In doctrina aduersa-  
riorum de iustificatione, non fit mentio Christi, quo-  
modo ipsum debcamus opponere iræ Dei, quasi ve-  
ro nos possimus iram Dei dilectione vincere, aut di-  
ligere Deum iratum possimus. Ad hæc conscientiæ  
relinquuntur incertæ. Si enim ideo sentire debent  
se habere Deum placatum, quia diligunt, quia legem  
faciunt, Semper dubitare necesse est, vtrum habeas-  
mus Deum placatum, quia dilectionem illam aut nō  
sentiunt, vt patent aduersarij, aut certe sentiunt val-  
de exiguum esse, & multo sc̄pius sentiunt se irasci iu-  
dicio Dei, qui humānam naturam multis terribilibus  
malis opprimit, ærumnis huius vitæ, terroribus eter-  
næ iræ &c. Quando igitur acquiescat, quando erit  
pacata conscientia? Quando diligit Deum in hac  
dubitacione, in his terroribus? Quid est aliud hæc  
doctrina legis, nisi doctrina desperationis. Ac pro-

T deat